

BREVIS ET ACCVRATA IVRIS VTRIVSQVE DESCRIPTIO.

*In qua non solum Iuris Pontificij &
Cæsarei structura proponitur, sed
& singularum personarum officia
tribus libris ex titulorum serie
designantur.*

GERMANO COVSENIO

in supremo senatu Franciæ

Advocato auctor.



PARISIIS,

Apud CLAVDIUM RIGAUD, Bibliopolam
via D. Ioannis Lateranensis, & iuxta D.
Michælis Sacellum in Palatio.

M. DC. IX.

CPM PRIVILEGIO.

D. Anst. M. de la Roche





AMPLISSIMO VIRO D.

ANTONIO SEGVIERIO,

Sacri Consistorij Consilia-
rio, & in Senatu Franciæ
Præsidi G.C.S.D.



VEM ADMODUM ij, qui su-
perbas regum & principum
basilicas ingrediuntur. V.
A. plerunque in ipso limine, rerum
tum admirandarum, tum laudanda-
rum multitudine adeò commonētur,
ut quid primum intueri, quid suspi-
cere, quid denique memoriæ commen-
dare debeant, ipsi nesciāt, nec aliquam
inde oblectationem referunt, nisi cū
quiescentibus animis singula ordine
percurrere, & quæ in ijs eximia &
polita sunt, contemplari licuerit. Ita
his, qui angusta Iurisprudentiæ tem-



DE IVRE DIVINO ET PONTIFICIO.

LIBER I.

DE IVRIS DIVINI DEFINITIONE.

Cap. I.



*MNE ius aut Divinum aut
Humanum dici potest.*

*DIVINUM est, quod ad Dei cul-
tum iuxta Ecclesiae ritum pertinet.
Ideo à quibusdam Ecclesiasticum di-
citur, quia Ecclesiasticam discipli-
nam continet: ab alijs Canonicum,
quòd à Canonibus Apostolorum ori-
ginem ducit: à plerisque Pontificum,
quoniam eius observatio ex summa
Pontificis autoritate pendet.*

*Inde fit, ut laicorum nulla de Ec-
clesiasticis admittatur constitutio.*

Nulli Laici quippiam de rebus

A



DE IVRE HVMANO,
ET PVBLICO.

LIBER II.

DE IVRIS PVBLICI
DIVISIONE.

CAP. I.

HVMANVM ius est, quod
ad societatem hominum inter
se tuendam pertinet.

De Iustitia, & Iure. D. lib. 1. tit.
1. I. lib. 1. tit. 1.

*Hoc autem vel naturale, vel gen-
tium, vel civile dicitur:*

De iure naturali, gentium & ci-
vili, I. lib. 1. tit. 2.

De iure diuinæ & humanæ con-
stitutionis, Dist. 1. in 2. parte.

*Naturale præcellit,
tum origine & perpetuitate,*